



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Venatio

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

test occidere, si aliud non sit remedium; est enim publicus hostis.

*Tyrannicè } *Val. 2. 2. d. 5. q. 8. p. 3. D. Tho. de reg. Princ. l. 1. c. 6. Sor. l. 5. q. 1. ar. 3. Salon 2. 2. q. 64. art. 3. Bannes ibid. Syl. vers. Tyrannus, Tol. l. 5. c. 6. n. 17. Arrag. q. 84. ar. 3.*

At occupantem } *D. Thom l. c. at in 2. d. 44. q. art. 2. Tol. Syl. Bannes, Salon, Arrag. Val. l. c. Alph. Cast. vers. Tyrannus probat multis, nulli ex populo licere, etiam tyrannissimum, ut ita dicā, occidere, cuius argumenta soluit P. N. l. 2. c. 3. n. ni fallor 308.*

VANA GLORIA,

vide Honor.

1. **G**Loriam & famam ob finem bonum optare, quantum quisque meretur, licet.

**D. Tho. 2. 2. q. 132. art. 1. Tol. lib. de pecc. mort. cap. 6.*

2 Vanæ gloriæ causa præcipuè prædicare, aut Missam celebrare, peccatum esse mortale, quidam aiunt, alij negant. Vide explicatio nem apud Syl. vers. Vanagloria. nu. 2.

*Inanis gloria non est peccatum mortale ex se *Tol. D. Thom.*

VENATIO.

1. **C**Apta in alieno laqueo, aut reti, esse capientis, quidam dicunt, ego cum alijs, uego. Potest quidem avis, & fera in loco alieno capi, & est capientis, etiamsi dominus loci aditum

aditum prohibuisset, & ius venandi alij locasset, nisi locus esset clausus, domini feras (vt fit) includens.

* De venatione quædam Couar. Reg. Peccat. p. 2. §. 8. Sot. l. 4. q. 6. art. 4. Ioan. Med. C. de restit. q. 12. Val. t. 3. d. 5. q. 6. p. 5. Mol. à d. 43. multa Sal. q. 62. articul. 3. controuer. 3. de his, qui & c. Barnes q. 6. art. 1. Ioan. B. Corr. q. 120 Corda. q. 119. Lopez p. 1. c. 147. Abul. in c. 6. Matth. 43.

* Dicunt Nau. c. 17. nu. 176. Io. Maior. 4. d. 15. q. 10. Couar. l. n. 12. Cord. l. c.

Ego Io. B. Corr. ad l. c. Syl. vers. inuentum. q. 2. Mol. dist. 42. multis hanc dubitationem pertractans distinguit. Si fera laqueo alieno capta non putetur laqueum eiusura, ad eum, qui laqueum parauit pertinet: si euadere probabiliter poterat feræ partem, aut valorem ad arbitrium boni viri laquei domino dabit capiens. Corda. l. c. ait, seruandam loci consuetudinem.

Potest quidem Coua. l. c. n. 5. Io. Med. l. c. vide Mol. d. 41. in fine, & 51.

Locasset Vide Couar. l. c. n. 8. & 13.

2 Fera est capientis, si persequi desinat qui illam vulnerauit.

* Mol. d. 42. vide Couar. l. c. nu. 12.

3 Fera facta domestica, si bis fugiat, & de more non redeat, est capientis; imò simul ac fugit, nec dominus sic persequitur, vt possit capere.

Cc 4 Vide

*Vide Mol. d. 41. & 50. Nau. c. 17. nu. 128.

4 Quod quidam domini prohibent venationem, aut piscationem in loco publico, quidam condemnant, alij excusant, vel consuetudine, vel populi consensu. Illud certum non licet prohiberi quemquam, ne agro suo, etiam occidendo, si opus sit, pellat vastantem ferram; datur enim damnum inuito domino; nec licet, ut fit, puniri, qui contra prohibitionem venantur, mutilatione, aut flagellis.

*Iustis de causis potest venatio prohiberi Mol. d. 43. vide Couar. nu. 1. Val. l. c.

Additio } Si quis feras vetita venatione caperet in loco publico, non teneretur restituere. Couar. l. c. n. 10.

Venationem in aliquo loco prohibens damna vicinis illata ab animalium multitudine restituere tenetur. Couar. l. c. n. 11.

Venator teneretur restituere damna segetibus, fructibusque illata. Couar. l. c.

Capiens alienas, proprias feras, aut pisces tenetur restituere. Couar. l. c. nu. 13.

Clericis interdicta venatio. extra de clerico venatore c. 1. & 2. Si adhibeant accipitres; & canes Mol. d. 44. Val. l. c. at, si sine contemptu, scandalo, aut temeritate fiat, non est in clerico p. m. Caiet. vers. Clericorum peccata, imò forte nec veniale, si rara, & moderata sit ad reficiendas animi vires. Val. l. c. p. 1. q. 8.

Venatio, aut piscatio ferarum, aut piscium alicuius

alicuius priorum obligat ad restitutionē.
Conar. l. c. nu. 13.

Quousq; Principes venationem alijs interdicerē, & sibi reseruare possint, docet *Mol. d. 46*

Venditio, vide Emptio, Officio.

1. **C**um quis pro empta re plus iusto dat, sine vi, metu, aut errore præsumitur donare.

*De hac re *D. Tho. 2. 2. q. 77. Caiet. 16. Sor. lib. 6. q. 2. Val. t. 3. d. 5. q. 20. Lopez l. 1. de contract. Garzias de contract. à c. 13. Mol. à dist. 367. copiosissime, & alibi.*

2. Doctiores licitè vendunt carius operam.

3. Potest quis rem vendere carius, quia tantum sibi valet ob vtilitatem quam inde capit: item ob periculum non recuperandi pretiū.

**Nau. c. 23. nu. 78. D. Th. q. 77. art. 1. Scot. 4. d. 15. q. 2. vide Mol. d. 348. Indulgentia autem emptoris non auget pretium rei. Mol. d. 351. n. 2.*

4. Cum venditur res quotidie fructificans vt domus, aut ager, si nihil est expressè conuentum, fructus vsque ad tempus rei traditæ sunt venditoris, reliqui emptoris: at in alijs, vt vinea, oliueto, omnes fructus nondum collecti, sunt emptoris: itemque pensio, quam pro ijs alius fortè soluit, vt qui conduxit.

5. Illicitum est priuilegium, vt quis vendat cum populi damno: secus si detur ex causa iusta, non grauatis emptoribus.

Cc 5

*Resp.